



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Paradisus, Summum in ordine. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

()

PARADISUS,

Summum in ordine.

LXXI.

Summum in ordine huius Vniuersi.

In distributione naturarum, ait S. Augustinus, datur S. Aug. summum, medium, & infimum. Summum est ipsa Beatitas, seu Gloria & Beatitudo nostra: medium est anima: infimum sunt creaturæ corporeæ ipsâ anima inferiores. Hac igitur rerum distributione supposita, concludit D. Augustinus: *Anima inclinatione ad infimum; miserè: conversione ad summum; beatè vivit: anima affectu ad creaturas conversa, miseram & infœlicem: unita Deo, scœlicem, ac terque quaterque beatam ducit vitam. Et hoc est totum, quod agere iubemur, monemur & accendimur.* Hoc ipsum Deus nobis mandat & præcipit, ad hoc Deus nos hortatur & accendit, ut, nimirum, affectum nostrum sequestremus à terra, & eundem totum colloquemus in cœlo.

LXXII.

Summum in ordine Amoris.

Charitas ordinata haudquaquam infimo contenta est, neque persistit in medio; sed tendit ad summum, & ad summum bonum, quod est Paradisi gloria, ibidemque quiescit. Ratio est, quia Charitas non spectat quoddamque bonum, sed increatum & infinitum: & est sanctus quidam affectus animæ à Deo datus ad amandum ipsum Deum,

Deum. Ergò Gloria, quam speramus, est summum in ordine amoris, & s. pra omnia bona amari debet summo & infinito.

LXXIII.

Summum in ordine beneficiorum.

Quia quatuor inter beneficia principalia per Christum nobis praestita, quae recensentur a Divo Thoma hoc beneficium Gloriz est omnium maximum, quod, quod reliqua omnia supponit & includit. Primum, quia in Incarnatione se dedit in nostrum fratrem: *Incarnatus dedit socium.* Secundum, in nostrum cibum invenit in Sacramento Altaris: *Convalescens in cibum.* Tertium, in Passione dedit se in precium nostrum: *Moriens in pretium.* Ultimum, in Gloria nobis dedit in praemium: *Se regnans dat in praemium.*

LXXIV.

Summum in ordine pretij & estimativis.

Quia pro comparanda vita aeterna debemus comparare omnia, & maxime nos ipsos. *Tanti valet, quantum dedit seipsum & habebis illam.* Est gemma, seu margarita, opinione D. Bernardi, quae unico solo decario nummo comparatur; at hic est nummus proprii voluntatis: *Emitur nummo propria voluntati.* Quia obrem exiguo vitae hujus spatio propria voluntas privare satage, ut hunc nummum in praesenti voto positum deinde recipere, ac voluntatem tuam legem exequi valeas in Gloria.

s. Bern.

LXXV.

Summum in ordine Beatitudinum.

Inter omnes beatitudines, quae considerari possunt

sola illa, quæ in Deo reperitur, vera est. Tres beati-
tudinum species considerari possunt. Prima *apparens Bellica.*
& *non existens*, & talis est beatitudo Muadi, quæ ap-
parens duraxat, non permanens est. Secunda *non Psal. 143.*
apparens & existens, & hæc est beatitudo Justorum,
qui in præfenti vita sunt veri filii Dei; ac non comparet
eorum dignitas & magnificentia, quia solum compare-
bit in Gloria. Tertia *apparens & existens*, & hæc est
æterna Beatitudo Sanctorum in cœlis, quæ est apparens
& stabilis per totam æternitatem.

PARADISUS,

Contritio cum iubilo.

LXXVI.

*Contritio cum iubilo ex peccatis præteritis
causata.*

T Ametsi Beati in cœlo de præteritis peccatis, quæ
commiserunt in terra, veniam habeant contritio-
nem & pœnitentiam: nihilominus nullum ex his per-
sentunt, aut percipiunt dolorem vel tristitiam.
Quia talis est status illius felicissimi beata conditio,
ut planè sit incapax omnis tristitiæ seu fastidij. *Pe- Tho. 3. p. 9.*
nitentes eos peccatorum, quia vellent & optarent se non *48. a. 3.*
peccasse: ac cum contritione gaudent & lætatur,
quia p r pœnitentiam remissa est omnis culpa,
fruunturque suavissimis Gratia & Gloria
fructibus.

LXXVII.